



Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIII. Maritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Bald. *conf.* 98. *Bertonus num.* 5. *vers. nam mandatum, lib. 1.* nec extenditur ad ea, per quæ dominus cadat in commissum, & delictum, *l. creditor 60. §. Lucius 4. ff. mandati. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 112. Cald. Pereira de empt. cap. 13. n. 12.*

XXV.

MANDATUM speciale detrahit generali, Cardos. *in praxi Judicum, & advocat. verb. mandatum. n. 4.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 95. n. 9.* In quibus autem casibus requiratur speciale mandatum, & non sufficiat generale, dixi latè *in tract. de clausul. usus reg.*

CAP. XII.

Manifestum. vid. Notorium.

Axioma I.

Adversaria est & mera nugatio, cum isodunavivæ adhibentur. Ita Quintilian. *lib. 5. cap. 12.* In rebus enim apertis argumentari tam est stultum, quam in clarissimum solem mortale lumen inferre. Unde Everard. *in præamb. Top. leg. num. 6.* inquit, ubi Lex allegata vel canon expresse decidit casum de quo est questio, debet allegari simpliciter & non in argumentum, licet nonnunquam & manifesta interpretatione egeant. *l. 1. §. 11. ff. de ventr. inspic. ubi vid. not. VVesenb. in parat. ff. de serv. corrupt.* & quando im- periti etiam de manifestis dubitant, lege opus est. *Nov. 19. c. 1.*

II.

Evidentia facti nulla tergiversatione potest celari. *l. ea quæ commendandi. 34. de contr. empt. l. quoniam sororem 7. C. de jure delib.* siquidem quæ probata sunt directò, non admittunt ex altera parte probationem indirectam. *l. 1. F. 10. vers. nisi.*

III.

In rebus facti clari non valet, sed perit ars verborum. Bald. *in l. unic. C. de confess. n. 20. in fin. vers. quia in re facta.* Pacian. *1. de probat. cap. 25. num. 65. post med. quia in re facta valere.* Berlich. *4. concl. 15. n. 11.*

IV.

Quia manifestant delinquentes, præmiandi sunt. Hinc si quis mendicium validum servilis conditionis delegat, ei appropriatur *l. an. C. de mendic. valid.* qui autem delinquentes non manifestant, puniendi *l. 1. C. de desertor. vid. Brunnem. C. eod. col. 2.*

CAP. XIII.

Maritus.

Axioma I.

Maritus constante matrimonio & personæ & bonis uxoris imperat. *l. hac Lege 2. C. de pact. convent.* Unde & maritus dotis etiam dominium ha-

bere dicitur, *l. Luc. 21. §. idem respondit 4. ff. ad municip. pr. Inst. quibus alien. non lic. l. in rebus 30. C. de jur. dot. l. doce 9. C. de rei vind. Regn. Sixtin. 1. Consil. Marpurg. 13. num. 28.* neque solet uxori rationem reddere rerum gerendarum, sed in omnibus pro lubitu dominatur. Berlich. *1. concl. 65. n. 116.* nec cuiquam, si in re sua malè ver- setur, tenetur. *l. etiam 18. §. licet 1. ff. solut. matr.* cum quilibet rei suæ Dominus sit & moderator. *l. in re mandata 21. C. de mandat.*

Declaro hoc verum esse, si irrevocabiliter & simpliciter res ista alicujus sit, secus autem si re- vocabiliter & vel certo modo Dominus, tunc e- nim libere dominari non potest, sed de deterio- ratione tenebitur. *l. si servum 91. ff. de V. O. l. si servum 71. ff. de acq. hered. l. in bello 12. §. si quis servum 7. ff. de capt. & postlim. l. adiles etiam 25. §. Pedius 4. ff. de adil. edict. l. ult. ff. de pact. qua- re etiam maritus soluto matrimonio in eo statu eaque qualitate reddere est obstrictus, uti acce- pit. *l. in rebus 17. ff. de jur. dot. l. si filius 25. §. ma- ritum 1. ff. solut. matrim.* Ratio, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. *l. non debet 47. ff. de R. I. Andr. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. num. 69. & seq.**

II.

Maritus non secus ac curator uxoris habetur, adeoque in bonis suæ uxoris tacitam administra- tionem habere intelligitur. arg. *l. ult. C. de pact. convent. Myns. 3. observ. 53. latè Alexand. conf. 144. per tot. Cephal. conf. 122. in princip. vol. 1. Natta. conf. 75. num. 2. vol. 1. Philip. Matth. 2. consil. Marpurg. 32. n. 20.* Unde & maritus non in dotalibus duntaxat, sed etiam ultra in para- phernis & aliis sine mandato uxoris suæ procu- rator esse potest. *l. maritus 21. C. de procur. ubi Bart. Alex. Jaf. in l. si maritus. ff. ad L. Falcid. Be- ro. conf. 44. vol. 1. Burlat. conf. 303. n. 15. vol. 3.* Ratio, quia in omni actu familiaris à familiari suo, cujus nomine ille actus geritur, mandatum habere præsumitur. *Burlat. consil. 294. num. 6. vol. 3.*

Declaro, hoc indistinctè non procedere, sed eo duntaxat casu, quo agitur in judicio: quemad- modum & multæ aliæ personæ ob vinculum con- junctionis, sive necessitudinis agere possunt sine mandato. *l. sed & hæ 35. ff. de procur. c. nonnullæ 28. in fin. & cap. ex parte Decani 38. de rescript. cum aliis deductis per Duen. reg. 123. in pr. Vult. 1. consil. Marpurg. 17. numer. 49.* non autem ut possit pro uxore contrahere, & ipsi remittendo jura præjudicare, prout ostendit *rubr. & tot. tit. C. ne uxor pro marito. ubi gloss. in l. 2. idemque probatur in l. contrahit 24. C. locat. add. Cephal. conf. 286. numero 3. vol. 2. & Ludov. Falch. con- sil. 7. quest. 5. vol. 2. inter consil. Modestini.* So- cinus jun. *conf. 105. numer. 11. vers. vel & tertio responderi potest. vol. 1.* ubi etiam addit hoc, quod d. *l. maritus.* procedat respectu bono- rum, quæ marito per uxorem fuerunt verè vel interpretativè tradita & consignata, juxta *l. fin. C. de pact. convent. eodemque modo il- lam legem distinguit & declarat Myns. resp. 10. numer. 21.* ubi disertè scribit, quod maritus in libus tantum exercendis pro uxore si- ne man-

ne mandato procedere possit, vel agendo pro ea vel ipsam defendendo, dummodo caveat de rato, præsertim in bonis non dotalibus: aliud autem sit in contractibus & obligationibus, in quibus sine mandato maritus se intromittere non debeat, maximè si res tangat damnum & dispendium, secus si ejus commodum. *add. & resp. 96. num. 14.* Hinc dicimus maritum non posse stipulari, ut probat Ceph. *consil. 713. num. 47. vol. 5.* non posse uxoris pecunias distrahere idem Ceph. *consil. 727. num. 14.* nec uxori transigendo præjudicare Caltrenf. *consil. 284. volum. 2.* Menoch. *consil. 791. num. 2. volum. 8.* & in summa maritum ex facto uxoris non teneri, etiam si pariter unicam personam referre videantur, cum sint duo in carne unâ & aliâs maxima inter eos sit conjunctio, ut consuluit Ceph. *consil. 577. num. 17. vol. 4.* præsertim in his quæ sunt magni præjudicii, in quibus speciale mandatum uxoris desideratur, tamen generale mandatum bona sua administrandi maritus ab uxore haberet, Jacob. Menoch. *consil. 331. num. 89. vol. 4. & consil. 621. num. 15. vol. 7.*

III.

Mariti omnia esse præsumuntur, donec importata à muliere probentur. *l. Quintus 51. de donat. int. vir. & uxor. Bald. in l. ob maritorum. n. 3. per ill. text. verb. domini esse tui probaveris. C. ne uxor pro marito. Alciat. reg. præsumpt. 26. num. 9. cum ibi allegatis. Welenb. 1. consil. 11. n. 8.*

IV.

Maritus auctor uxori in propria causa esse nequit. *l. pupillus 5. in pr. ff. de auctor. tutor. Matth. Welenb. 1. consil. 11. num. 4.*

V.

Maritus & uxor participes sunt infortuniorum. *l. si cum dotem 22. ff. maritus 7. ff. solut. matr. Carpzov. p. 3. consil. 25. defin. 7. num. 6. & consil. seq. defin. 2. n. 8. Welenb. 1. consil. 43. n. 148.*

VI.

Maritus emens aliquid uxori suâ pecuniâ, ei acquirit dominium. *l. & si de tua pecunia 9. C. de donat. int. vir. & ux. sed mutuans uxoris pecuniam, ei pignus non acquirit. L. pen. C. de distict. pign.*

VII.

Maritus tenetur alere uxorem etiam indotatam. *Innoc. in cap. 7. X. de donat. int. vir. & uxor. tenetur etiam gerere negotia dotalia Bart. in l. fin. ff. solut. matr.*

CAP. XIV.

Masculinum, Masculus.

conf. tit. Fœmina.

Axioma I.

Masculinum concipit fœmininum. *l. si quis id quod 7. de jurisd. l. mancipia. 5. C. de serv. fugit. l. qui duos mulos. 62. ff. de legat. 3. l. 1. & ibi Dec. Gœdd. de V. S.*

Declarata hoc procedere in iis casibus, ubi una eademque ratio dari potest. Ubi enim ratio

militer diversa in masculo & fœmina, masculinum nunquam concipit fœmininum, etiam si verba essent communia ad utrumque sexû. *Bald. in consil. 330. num. 2. vol. 3. Gabr. in concl. 6. num. 51. vers. 2. limita. de V. S. Cravett. consil. 588. num. 9. vol. 4. Socin. sen. consil. 90. in fin. vol. 1.* Sic ubi de honore agnationis in aliqua dispositione ratio habita fuit, masculinum non concipit fœmininum. *Dec. consil. 453. sub num. 7. vers. postremo, col. fin. Barbat. consil. 50. num. 21. vers. sed in nostro casu. vol. 4. Gabr. d. conclus. 6. num. 60. vers. tertio inferitur de V. S. Socin. jun. consil. 1. num. 116. volum. 1.* masculino enim sexui natura diminutionem, potestatem, majores sensus, fortitudinem, honorem, dignitatem & conservationem familiae aliasque prerogativas & eminentias concessit, cum fœminis tantummodo subjectionem & obedientiam præceperit. *Genes. cap. 3.* Unde & Agnatos masculos esse digniores colligere licet ex *l. cum pater 77. §. pater pluribus 21. ff. de legat. 2. Bald. consil. 21. vers. solutio, vol. 2. Steph. Frider. de Interpret. jur. part. ult. n. 36. Vult. int. consil. Marburg. consil. 29. vol. 2. n. 30.* Per masculos etiam conservatur familia, per fœminas autem familia paterna finitur, *l. pronuntiatio 195. §. fœmina. 2. de V. S. l. J. Cris 10. in princ. de grad. §. 1. Instit. de legit. agn. success. l. adversus 4. C. de crimin. expilat. hered. l. quicumque 10. C. de milit. videmus etiam masculos majora sustinere onera. *Bald. in l. Titio. cum §. pen. in fin. ff. de legat. 1. Gerere Republicam & familiarum dignitatem conservare, l. 1. §. sed si 3. ff. de ventr. inspic.* Si ergo Masculinus sexus natura est honoratior fœminino, cur ergo non possit honoratior esse in successione, ait Laurent. *Lat. in repet. §. ceterum. num. 12. Instit. de legit. agnat. tut. vid. & Socin. in suis fallent. reg. 312.* ubi multis modis hanc regulam limitat. Unde nec in feudis masculinum comprehendere fœmininum not. Jafon. in d. l. si quis id. n. 11. ff. de jurisdict. Gabr. d. conclus. 6. num. 54. vers. secundo inferitur de V. S. scil. quando per verisimiles conjecturas & alias demonstrationes apparet mentem concedentis ad solos masculos respexisse, prout concludunt Bald. in l. res filios in pr. ff. de pact. & ibi Jaf. n. 5. vers. secundo limita, col. 1. Guid. Pap. decis. 133. & in decis. 612. num. 1. vers. sed adverte. Alciat. consil. 43. quamvis. num. 12. vers. 2. respondeo lib. 9. Calcan. consil. 48. num. 8. vers. & per ista inferitur ad aliud secundum dubium. col. 3. in fin. plenè Socin. jun. consil. 168. presentis. num. 30. vers. quinimo quando mens. 5. vol. 2. & Gabr. d. conclus. 6. num. 86. vers. limita. Aretin. in l. quicumque in 3. fallent. Cod. de servis fugitiv. Pacian. consil. 49. n. 12. vide latissimè hoc de axiomate differentem Gœdd. in l. 1. n. 22. cum seqq. axiom. 2. & 3. Knipschild. de fideicommiss. famil. nobil. cap. 1. n. 43. & seqq. Mantica. de tacit. convent. lib. 2. tit. 4. n. 63. & tit. 5. n. 15. & tit. 13. n. 7. & tit. 15. n. 14. & lib. 3. tit. 8. n. 20.*

II.

Masculinitas in uno casu expressa, censetur in alio repetita. *Socin. jun. consil. 603. num. 55. vers. igitur dicendum est. vol. 1. Rubæus in consil. 71. num. 6. col. 2. Dec. consil. 515. in fin. Ruin. consil.*